Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

Cynomia vermis est ut dicit Ysidorus. qui grece vocatur musca cani na. nam cynos grece canis vocatur. Hec musca inportuna est auribus catulo rum. et licet eas frequenter excuciant semper tamen revolat inportune. Ubi vero catulos pingues invenerit, ad excuciendum se usque ad vulnera et sanguinem inportu ne procedit. Per hanc significatur dyabolus cuius suggestiones suas excuciendo negli gens mentis aure recepit. usque ad consensum peccati. vel delectacionis nimi nius instigat. Cum abraham [illegible] abige muscas et volatilia malarum cogitacionum. et hoc in virga que est signum crucis. In baculo enim venit david ad golyam. et in baculo transivit ior danem iacob. id est imperium temptacio num et cogitacionum malarum. que secundum sapientem separant a deo.

De Cinifes.

Cinifes ut dicit liber rerum. sunt vermes minimi et volantes anhelitum pecudum secuntur. et hii maxime hominis pungunt ut a delinus dicit quibusdam aculeis dor mientes acro satis compungere urtice vel dolore.

De Culice.

Culex vermis est ut dicit ysidorus et sortitur nomen a baculeo. in eo quod sanguinem sugit. habet enim in ore fistulam in modum stimuli. quia car nem aculeum terebrat ut sanguinem bi bat. vel ut dicit experimentator cu lex lucem diligit. itaque se aliquando se urit ad lumen. Ysidorus. Culices acida petunt. dulcia fugiunt. ut dicit plinius in hys. Ve detractoribus qui mala opera hominum semper spar gendo tractant et nullum bonum cu rant sed retinent ad exemplum sed illud unum eorum et cetera.

De cantaride.

Cantarides vermes sunt qui in summitatibus ramorum fraxini vel aloe. arboris ex humore in foliis generantur. convalescunt sicut eruce sed et alas postea concipiunt volantque per diem. nocte vero in unum globum congregantur. Hii vermes colorem viridem habentes auro sub solis radio micant. Circa augustum mensem de nocte in remedi um colliguntur. necantque aceto. ipse mortue vero vino suspense super membris quecumque volueris sub vasculo cereo instar cyphi formato. ponuntur. sunt que applicacione adustionem susci tant in vesica. que vesica cum acu aureo. vel acumine festuce. incisa plu ries. perforata. humores malos e icit. instar cauterii tantumque va let eius electio. quantum aliquod cauterium pannum. — cauteri

De crabronibus.

Crabrones ut dicit plinius in cavernis aut sub terra degunt. Horum celle sexangulares sunt. cere autem corticaranee sed fetus ipse inequalis et barbarus. alius evolat. alius in aqua est. alius in ver miculo perseverat. carne vescuntur crescunt in plenilunio. hyeme re conduntur. Auctores dicunt. puerum biennium interfici cum novenis punc turis crabronum. Crabrones et vespe regem non habent sicut apes habent. sed proprio reguntur imperio. Unde fit ut plurimus se iactant periculis. Mel la eorum inutilia humanis usibus. horridos sonos et murmura promunt. et hoc magis in cavis locis.

De Eruca.

Eruca ut dicit liber rerum. vermis est longus mi[...]